

**www.e-rara.ch**

**Cl. V. D. Cunradi Rittershusi ... ad Ludovicum Ioach. F. Ioach. N.  
Camerarium euphemia, cum in Acad. Basileensi ... renunciaretur, die  
28. Iulii 1597**

**Rittershausen, Konrad**

**Basileae, [1597]**

**Universitätsbibliothek Bern**

Shelf Mark: MUE Bong VI 9 : 18

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25128>

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

FI. DES.



CL. V.

D. CVN RADI  
RITTERSHVSI, IC. ET

ANTECESSORIS IN ACADE-  
miâ Noricâ celeberrimi,

Ad  
LVDOVICVM IOACH.

F. IOACH. N. CAMERARIVM

*Ευφημία,*

Cum in Acad. Basileensi utriusq; Iuris Do-  
ctor de Sententiâ Ampliſſ. Ord. renun-  
ciaretur, die 28. Iulij.

1597.



BASILEAE,  
Excudebat Ioannes Schræterus.



A-4715723

Universitäts- und  
Landesbibliothek Bonn

OF THE  
DEPARTMENT OF  
AGRICULTURE  
AND  
FORESTRY  
WASHINGTON  
D. C.

1917

U. S. GOVERNMENT PRINTING OFFICE

ΕΥΦΗΜΙΑ,

AD LVDOVICVM CAMERARIVM.

**D**ESVET A pridem Carmina cum mihi  
Aduersitatum turbine sæpius  
Exercito, secum procellæ

Immemorem abstulerint per auram,

Alia expetenti ( & iure quidem tuo )

LVDVICE, iam nunc si tibi denegem,

Fors me sat excusare possim,

Et veniam dederis merenti.

Verum tamen me summus amor meus,

Quo prosequor te mutuiter, vetat

Silere, & innuit à Minervâ

Scribere qualiacunque adegit.

Aequi boniq; hæc vt facias, rogo,

Pensesq; non tam de pretio suo,

Quàm è mente scribentis, tuorum

Percupidâ ac studiosâ honorum.

Fauete linguis, dum Themis aurea

Suum ministrum condecorat sacris

Sertis, inumbrans erudita

Tempora laureolâ corollâ.

Quoscunq; ameno continet in sinu

Cines ocellus lucidus vrbiũ

Helueticarum, amata quondam &  
Grata nimis *BASILE* a nobis:  
Fauete linguis & iuueni optimo ad-  
clamate: Sic, sic diua *Themis* suos  
Beat ministros. Sic laborum  
Præmia quisque refert suorum.  
Virtuti adheret gloria sic *Comes*,  
Illam insequens ceu fida pedissequa.  
Exempla cernens hæc inuentus  
Sentiatur & stimulos sibi addi.  
Hæc, hæc tibi debere diutius  
Ne fas putauit diua *Themis*, tuos  
Voluens tibi impensos labores  
Et studium vigilax per annos  
Tot, quot *Camæna* sunt numero, quot &  
Annos *Iouem* annus *legifer* audiit.  
Maturior tantò tibi inde  
Iam modo fructus honoris extat,  
Non de lacunis hausta scientia  
Legum atque luris mentem animi imbuit;  
Argentei sed fontis vnda  
Pota tuum inuat vsque guttur.  
Non te fefellit lubrica opinio  
Veri sequacem: non oculos tibi

Præ-

Præstringat vnquam vllus sophista  
Fraude potens benè perspicaces.  
Num vera testor? dicite Norica  
Nymphæ, voluptas nostra: age dicite.  
Vidistis ipsæ, vt strenuum hic se  
Præbuerit Camerariorum  
Flos ille gentis: quàm fuerit frequens  
Cultor Themistæ: quàm fuerit sagax,  
Industriosusq; impigerq;  
Quàmq; animo imbiberit fideli  
Præcepta Legum, siue ea traderet  
DONELLVS olim, seu VVESEBECIVS,  
GIPHANIVS sive SCIPIONE,  
INDENIVS VE, alijsq; quorum  
It fama Olympo candida maximo:  
Quos inter ipse & me numerat libens,  
Cui se putat debere partem  
Non minimam studij fidelis.  
Sic absq; paruis maxima non ferè  
Constare possunt. Cernis vt arduos  
Muros breues conglutinando  
Sæpe inuent etiam lapilli.  
Iam tu, CÆSELI magne, fide tua  
Dic quæso, nobis (quippe domesticus.

Tibi ille vixit, atq; ab ore  
Sapè tuo docilis pependit )  
Non tute dignum hunc patre & auo fore  
Natum ac nepotem, nec patruo minus,  
Ceu mente prasaga autumasti,  
Publicitusq; adeo indicasti?  
Quàm sapè mentes artificum virum, &  
Longè remotæ, congrua sentiunt!  
EX SCHERBIO me paridemq;  
Iudicium memini audisse:  
Examinator nemo fidelior  
Magisq; felix quo cluet ingenii:  
Cuius catam & veri sagacem  
Mentem animi haud aliquid fefellit.  
Longum referre est, Ausonia quibus  
Tellure pridem hic cognitus est viris,  
Simulq; eisdem moribusq;  
Ingeniiq; acie probatus.  
Unus mihi instar mille aliorum erit  
PINELLVS, urbem Antenoris incoens,  
Hospes Camænarum benignus,  
Literulisq; bonis asylum.  
Liberrimos huic ille aditus dedit,  
Morum ingeniiq; inductus amabili

Lepo-

Lepore: quem quicumq; vidit,  
Ferbuit illicò amore captus.  
Quid dicam ego, illa vt lumina seculi,  
Spiræ tribunal quis micat aureum,  
Quis & Panoreum Lyceum  
Iure bono ac merito superbit,  
Hunc nostrum amarint? hunc radijs suis  
Inlustriorem reddiderint? opes,  
Quis auctior domum rediret,  
Contulerint varias abunde?  
Res ipsa nempe est testis, vt intimo  
Merces bonas recondiderit penu  
Mentis, quibus prodesse deinceps  
Et patriæ queat, atque amicis.  
Domum ergo tandem quaeso reuertere:  
Sat iam exteris, sat, crede mihi, datum est,  
LVDVICE, cor nostrum & voluptas:  
Accelera reditum auspicatum.  
Iam mille votis & pater optimus  
Fulcrum senectæ te tremula expetit:  
Et casto amore frater ardens  
Te cumulum sibi adesse gaudij  
Optat subinde: & fors etiam tibi  
Dicata virgo, siue ea GRATIA est,

Ver-

Verſu tibi cantata quondam  
Suauidico ( memini ) atq; caſto;  
Siue illa nomen nunc aliud tenet,  
Amore verſo, te gemitu expetit  
Videre furtiuo reuerſum,  
Atq; animam ſociare tecum.

F I N I S.

